mas spes frustra insumeret medicus sapiens, immo ipsa sapientia. Porro
frustra insumi constat non solum si absque eis esset facilis curatio sed mul-
to magis si et cum eis sit impossibilis. Animat itaque ad primum et accen-
dit vehementius desiderium spes concepta. || Sane accedit ad consolationem
ipsa quoque que pastoribus vigilantibus exhibita est visitatio et allocutio
angelorum. Ve vobis divites qui habetis consolationem vestram ut non me- Exhortatio et consolatio
reamini habere celestem. Quam multi enim nobiles secundum carnem, quam multi po-
tentes, quam multi sapientes huius seculi hora illa in stratis mollibus quiesce-
bant, et nemo eorum dignus habitus est novam videre lucem, sentire magnum
illud gaudium, angelos audire cantantes Gloria in excelsis deo. Agnoscant
ergo homines quod qui in labore hominum non sunt visitatione ab angelis non mere-
tur. Agnoscant quam placeat superis civibus labor cum spiritualis intentio est,
quando quidem et eos qui pro victu corporis corporali urgente necessitate laborant
suo dignantur alloquio et aspectu tam felici. Nimirum humanum in eis ag-
noscunt ordinem quo constituitur deus ut in sudore vultus sui vescatur adam
pane suo. || Obsecro vos dilectissimi considerate diligentius quantum
fecerit deus pro vestra exhortatione et salute nec infructuosius incar-
natum in vobis sermo tam vivus et efficax, sermo fidelis et omni ac-
ceptione dignus, sermo non tam oris quam operis. Putatis si fieret parum mi-
chi molestum esse si hoc ipsum verbum quod modo loquor ad vos vacuum et sine
aliqua utilitate depereat de cordibus vestris nescio. Et quis sum ego aut
quis est hic sermo meus? Si hunc tantillum vocis laborem inutilem esse
doleret homo pusillus et immo et inutilis, quam iustius indignabitur deus
maiestatis si tantum eius opus in nobis aut duritia aut negligentia contingat
evacuari? Caveat tamen hoc a servulis suis qui pro eorum salute induere
dignatus est formam servi unigenitus dei patris qui est super omnia deus be-
nedictus in secula amen. || Item de nativitate.

Puer natus est nobis: puer, antiquus dierum; puer forma corporis
et etate, antiquus dierum incomprehensibili verbi eternitate quam
quam etiam in ipsa sua dierum antiquitate et si puer non sit novus
tamen sit, immo non tam novus sit quam ipsa novitas in se semper manens
et innovans omnia, a quo quecumque vis prout recedit veterescit, prout redit
innovatur. Et novo quodam modo unde antiquus inde novus, cum quidem eter-
nitas ipsius sine initio nascendi sine defectu veterascendi ipsa est et antiqua
novitas et nova antiquitas ipsius. || Alia tamen est novitas huius temporalis
nativitatis qua puer natus est nobis innovandis, qui ab eterno deus natus
est angelis beatificandis. Illa quidem nativitas amplioris glorie, sed ista profe-
ctior nunc. Ista siquidem propter me qui nimia indigebam, quam miseria circu-
mdatus eram et miseriam quam expiare non poteram. Ostende nobis domine
misericordiam tuam qui nondum idoneus sum videre gloriam tuam. Apparuit
benignitas et humanitas salvatoris nostri dei ut per hanc digni efficiamur

nium et pdonet quibus appareat maiestas et diuinitas nostri dei. Ostende nobis
domine misericordiam tuam non inditam miseria et nouo miserendi genere de ipsa mise
ria miserorum operante remedia. Ad hoc siquidem aeterna mire beatitudinem
dei et miseriam hominis in unitate mediatoris temperauit ut operante sacra
mento unitatis per uirtutem resurrectionis beatitudo miseriam absorbeat
mortemque uita deglutiat et totus homo glorificandus in diuine consortium na
ture transeat. Usque adeo autem uniuersas infirmitates ceteras in quibus ab
culpam humana caret natura absque culpa uidelicet dignatio suscepit di
uina ut nec infantie recusaret miserias nec alia quam omnis habet conditio
sterni vellet exordia excepto sane quod per spiritum sanctum immaculatus nascens
de immaculata uirgine nostre originis emundabat atque sanctificabat natiuitatis nobis
sacramenta dedicauit. Nam puer natus est nobis. Et deus maiestatis ex
inaniens semetipsum non solum in tenero mortalium corpore sed etiam infirme ac
pusille infantie configurauit etati. O beata infantia cuius infirmitas ac
stultum fortius ac sapientius est omnibus hominibus quia numinis dei uirtus ac dei sa
pientia sua in ea diuina operatur et humana. Huius siquidem infantie in
firmitas principem mundi triumphat. Fortem armatum ligat. Crudelem tyrannum
captiuat et captiuitatem nostram absoluit et liberat. Huius infantie mu
ta et elinguis simplicitas linguas infantium facit disertas. Linguas hominum
loqui facit et angelorum linguas diuidens igneas. Iste infans ut uidetur
ipse est qui docet hominem scientiam et angelorum tamquam uerus deus scientiarum sapientia
dei et uerbum. O sancta et dulcis infantia que ueram humani generis reddis in
nocentiam induxisti per quam omnis etas in beatam redeat infantiam illique con
formis fiat non pusillanimitate membrorum sed humilitate sensus
et puritate morum. Prodeste uos filii Ade qui nimis grandes estis in oculis
uestris et in gigantea enormitate excreuistis per superbiam nisi conuersi fue
ritis et effecti sicut paruulus iste. Nisi inueniet altitudo uestra non accedet ad
mittet ostium humilitatis ianue. Ideo nimium conquassabit capita in terra mul
torum et qui elate accedunt repulsi capite illiso cadent retrorsum. Quod
enim? Adhuc tu magnus es in oculis tuis propter quem deus factus est paruus sub
oculis tuis? Ille semetipsum exinaniuit ut pene uideretur nichil esse sub
quo factum est nichil et tu te in immensum inflans et extollens existimas
te aliquid esse cum nichil sis. Ipse te sedens clamat amplius cum et si aliquid es
sis si magnum aliquid esses tanto magis humiliare te oporteret. Quanto igitur
sapiens magnus es humilia te in omnibus et inuenies gratiam coram deo qui super
bis resistit humilibus autem dat gratiam. Quia et ipse tibi fiet exemplum cum esset
maior omnium factus est humilimus et minimus omnium. Paruum erat et ut
fieret minor angelis conditione mortalis nature nisi et hominibus minor
fieret etate imbecillis infantie. Uideat igitur pius et humilis et glorie
tur. Uideat impius et superbus et confundatur. Uideat magnum in immensum puer
lum factum et infantulum adorandum stupendum misterium redemptione pro

rum gloria humilium iudicium impiorum ruina superborum. O venerandum ac stupendum misterium quam sanctum et terribile est nomen tuum fons miserationum et abyssus iudiciorum. quis de hoc fonte bibit et non amavit? quis abyssum consideravit et non expavit? qui non amavit nequam et impius est sicut qui non expavit nescius et insensatus est. nichil tamen circa iudicium expavescas si non adversus misericordiam insolescis. Et ipse siquidem mallet amari quam timeri. magis liber ac voluntarius afficit affectus filiorum quam coactus extorquet metus servorum. Ideo et in ortu primo se manifestavit mortalis puerum se maluit exhibere magisque amabilis quam terribilis apparere ut quod salvare veniebat et non iudicare preferret interim unde provocaret amore differret unde mentem possit timore. Cum fiducia igitur accedamus ad thronum gratie eius qui nec tempestate sit tremore potentiam de throno glorie eius. nichil hic terroris nichil severitatis quod metuas sed omnimoda benignitas atque mansuetudo de qua presumas. Et si potestas et terror apud ipsum est totum tamen interim dissimulat donec penitenti parcat confitentem recipiat. Ne sit tibi scrupulo quod graviter deliquisti nescit puer iesus irasci aut si irascitur facile potest placari. Vere nichil placabilius esse hunc puerum quod et per ipsum patri satisfactionem prebuit puerosque legatos de patre mittit ut qui reus es velis reconciliari. tantummodo velis et vere perfecteque velis non modo veniam indulgebit sed et gratiam accumulabit siquidem lucrum non mediocre reputans ovem recuperasse perditam de qua festum aget cum angelis. Congruebat ergo cum divina mansuetudine etiam innocentis ac facilis infantie satisque convenientes et commode saluti peccatorum ab hac exorsus est etiam ut quos reatus proprie terrebat ostense spes consolaretur ne difficilis intelligentie || O puer dulcissime ihesu bone quam magna est multitudo dulcedinis tue quam abscondisti timentibus te et perficis sperantibus in te qui tantam exhibuisti nedum sperantibus te. prorsus dulcedo incomparabilis et pietas ineffabilis ut deum qui creavit me videam puerum creatum pro me deusque maiestatis et glorie non solum in specie fiat corporis vilitate sed etiam mirabilis et velut humanus indigentis inops appareat etiam infirmitate. Vere tu puer salutaris vultus mei et deus meus cum totus sis dulcedo et desiderium dulcedine tamen te facit in teneritudo membrorum. hec nimirum te capabiliorem facit sensibus et affectibus parvulorum quo modo ydoneus sit te capere cibum. dulce infantum dulce prorsus et stupendum cogitare et recogitare puerum deum qui et efficax est et operatus ad medendum et ad dulcorandum si quid in nobis est amare animorum servos amaritudinis mentem transferentis. nempe enim credideram ubi sensisset meritis fuerit hunc divine dulcedinis locum ex ulla tristitia sed omnis indignatio et amaritudo cum omni malitia tollet a vobis. Ita fiet ut quasi modo geniti infantes modo geniti infantem dominum digne laudemus et in hoc fide mereamur et vere ex ore infantium et lactentium perficietur laus infantis et lactentis domini ihesu christi cum patre

et spiritui sancto laus et iubilatio per eterna secula seculorum amen. Item

Exultate iusti in domino quia de | de nativitate domini.

dna illa sermo succedit que singulare cordibus vestris vendicat
principatum. qui est ad cuius nomine humiliter inclinatis cuius honori
reverenter assistitis cuius memoriam iugiter frequentatis. hic est qui vestris
affectibus suaviter indulcescit quia magna multitudo dulcedinis eius. spiritus e
nim eius super mel dulcis et nomen dulce domini cum omni sua dulcedine superavit
Cum enim fecerit deus omnia opera sua valde bona tamen melius fecit creaturas
in eis sibi reclinatorium aureum ut post tumultus angelorum et hominum et
reclinaret et requiem inveniret. hoc est quod natura miratur renuntiatur
angelus videt homo stupescit celum extremuit terra infernus exhorret.
In huius utero maiestas altissimi mirabiliter liquefacta sicut adipe et
pinguedine repletum totus infudit eos inferna respersit. hic exinani
vit semetipsum excelsus et immensus mensuram bonam et confertam et coa
gitatam mittens in sinum vestrum. hic divinis manibus unctus oleo letitie
et sicut ad altare in signum pontificum consecratus de altari hoc ad altum
crucis ascendens proprio cruore tamquam altius genere olei perfusus iam
non solum consecratus sed consecravit totum corpus machine mundialis largio
re liquamine consecravit. facessit igitur meror tristicia fugiat dimi
nuatur dolor timor abscedat ut liceat vacare et videre cum moyse visionem
hanc grandem qualiter deus in hoc ventre corporatur. decipitur dyabolus. re
paratur perditum mundum recuperatur. Totum me trahit affectio sed cautus de
sicut ... cogitatio vestris prosperare ascendere. fervent interiora et in
undosam ebulliunt altitudinem sed frigidas lingue ... refrigerat
exundantes | quid est brevissima. nequeudit sensum ... ab
domimam ut ibi mutus sim ubi deus loquitur eterna. veruntamen non tace
bo et non quiescam donec egrediatur ut splendor vultus tui et sermo
de te conceptus si non ut lampas saltem ut scintilla accendatur. Movet
fateor quod disponente deo permiut irrationabiles creature et multis annorum mi
libus tam celestia quam terrestria incessanter sunt invident serviunt illis
istis diversis. Sicut illa magna civitas omnium suorum multitudine fundata et
astellantibus palaciis multiplex habitantium multitudo propellitur. Obscu
rantur stellarum ignes solem loquor et luna et stellis et multa sui luminis
claritate minuuntur. Terra maledicitur eo dampnatur homo successio. et omnis
creatura iuxta apostolum ingemiscit et parturit. Tacet deus dispensans et ordina
tionis eius omnipotentia tantam dissimulat confusionem. Tandem nascitur
maria et ad nubes ... egrediens speciem induit speciosam que ipsum al
liciat deum et divinitatis oculos in se converterit. Unde quod inde dicat
ille non minimus explorator secretorum dei. Audi et vide et inclina aurem
tuam obliviscere populum tuum et domum patris tui. et concupiscet rex decorem
tuum quoniam ipse est dominus deus tuus. Germinat igitur virga yesse de tortuosa